Idem τῶν παρεόντων ἠΐθεοι et οἱ παρόντες ἠΐθεοι. Senſus eſt: *Hercules et Hylas aberant, et navigii nullam curam habuerunt: Qui verò aderant juvenes,* &c. Κυρότερος ἑτάρων vocat Apollonius Rhod. I. 408.

——— τὺς δ' ἐρύσαντο

Κυρότεροι ἑτάρων ———

Ubi Schol. οἱ τῶν ἑτάρων ΝΕΩΤΕΡΟΙ. Ceterum ad hunc locum nonnulla ſcripſimus in *Addendis*, quæ neutiquam aſpernanda ſunt.

IDYLL. XIV.

Ver. 37. Ἄλλος τοι γλυκίων ὑποκόλπιος ἄλλον ἴησιν
Θάλπε φίλον ———]

Quæ ad hunc locum non ita pridem adnotavimus non hic repetam, nec neceſſe eſt. Vocem autem Ὑποκόλπιος uſurpat Mæcius in Epigram. apud Anthol. lib. VII. p. 622.

ΜΑΙΚΙΟΥ.

Τί ζυγνή; τί δὲ ταῦτα κόμης εἰκαῖα, Φιλαινὶ,
Σκύλματα, καὶ νοερῶν σύγχυσις ὀμματίων;
Μὴ τὸν ἐραστὴν εἶδες ἔχοντ' ΥΠΟΚΟΛΠΙΟΝ ΑΛΛΗΝ;
Εἰπὸν ἐμοί· λύπης φάρμακ' ἐπισταίμεθα.
Δακρύεις, ἃ φής δέ. μάτην ἀρνεῖσθ' ἐπιβάλλῃ·
Ὀφθαλμοὶ γλώσσης ἀξιοπιστότεροι.

Uſurpat etiam Strato in Epigrammate apud Cl. D'Orvill. ad Charit. p. 348. quod, quia exquiſitæ venuſtatis eſt, hic integrum adſcribam.

ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ.

Εὐῤῥυχες, ἃ φθονέω, βιβλίδιον, ἦ ῥά σ' ἀναγνὺς
Παῖς τις ἀναθλίζει πρὸς τὰ γένεια τιθείς.
Ἢ τρυφεροῖς σφίγξει περὶ χείλεσιν, ἢ κατὰ μηρῶν
Εἱλήσει δροσερῶν, ὦ μακαριςόταλον.
Πολλάκι φοιτήσεις ΥΠΟΚΟΛΠΙΟΝ, ἢ παρὰ δίφρους
Βληθὲν, τολμήσεις κεῖνα θίγειν ἀφόβως.
Πολλὰ δ' ἐν ἠρεμίῃ προλαλήσεις. ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν
Χαρτάριον, δέομαι, πυκνότερον τι λάλει.

Ubi notandum illud, παρὰ δίφρους βληθὲν. quomodo locutus eſt Sophocles ἐν Ἀχαιῶν συλλόγῳ apud Schol. ad Pindar. p. 449.

Σὺ δ' ΕΝ ΘΡΟΝΟΙΣΙ γραμμάτων ψυχὰς ἔχων
Ἀπόνειμον ———

Ita ſcribendus eſt iſte locus. de quo nos in *Addendis* ad Theocrit. XVIII. 48. Vulgo inepte legitur, ἐν θρήνοισι. Notandum etiam verbum Προλαλεῖν. quod rarum. Προλαλεῖν eſt *garrire*. Cui opponitur Πυκνότερον λαλεῖν. hinc lux et acumen Epigrammatis. Atque hinc Πρόλαλος. Suidas: Πρόλαλος. ὁ προαλὴς ὢν τῷ λέγειν. Καὶ τοῦτον καλεσίγασαν τηνάλλως ΠΡΟΛΑΛΟΝ τε καὶ ἰταμὸν ὄνλα. Quod fragmentum ex Æliano depromptum eſt. Confer Suid. v. Γεργών. qui ex hoc loco emendandus eſt. Quod Kuſterum fugiſſe miror. Vox occurrit etiam apud Maneth. *Apotel.* V. 337.

Εὐκινέων, ΠΡΟΛΑΛΟΝ ———

Ubi notanda vox Εὐκνις. quæ in rariſſimis eſt. Idem autem Ὑποκόλπιος. et ἐν τῷ κόλπῳ, quomodo locutus eſt D. Joannes xiii. 23. Ἦν δὲ ἀνακείμενος εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ΕΝ ΤΩι ΚΟΛΠΩι τοῦ Ἰησοῦ, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς. *In gremio* vocat Juvenal. II. 120.

——— *ingens*
Cœna ſedet, GREMIO *jacuit nova nupta mariti.*

Quod perinde eſt. Sed de toto hoc commercio, quod antiquiſſimum eſt, et neutiquam indecorum, conſulendus omnino vir illuſtriſſimus, et cui ſexcenti *Hebræculi* non ſunt pares, eruditiſſimus POTTERUS in *Archæol. Græc.* Lib. IV. cap. 20. Quod in primis notabit *homo male-ſedulus*, et qui nec me nec mea ſatis intellexit.———Sed parco homini, qui nemini pepercit.

Vid. Burm. in Virg. Æn. IV. 84. —Gremio Aſcanium — detinet.

V. 70. ——— ποιεῖν τι δεῖ οἷς γόνυ χλωρόν]

MS. optimus *Mediceus*, ἂς γόνυ χλωρόν. Recte. Idem ἂς et ἔως. Heſych. Ἂς, ἕως, μέχρις ἄ. Confer nos in *Addendis* ad XXIX. 20. ubi hanc vocula Theocrito reſtituimus. Huc facit Scholiaſtes, Ἀντὶ τοῦ ΕΩΣ ἀκμάζομεν. Item Gloſſæ *Laurent.* Ποιεῖν τι δεῖ, ΕΩΣ τὸ γόνυ χλωρόν. Reſpexit etiam Horatius *Epod.* XIII. 4.

——— *Rapiamus, amice,*
Occaſionem de die; DUMQUE VIRENT GENUA,
Et decet, obducta ſolvatur fronte ſenectus.

IDYLL. XV.

Ver. 15. Ἀπφῦς μὲν τὴν πρώαν (λέγομες πρώαν δὴν
Πάλλα) νίτρον καὶ φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγοράσδων
Ἦνθε φέρων ἄλας ἄμμιν ———]

Libri *Vaticani*,

——— λέγομες δὲ πρώαν δὴν
Πάλλα ———

Recte et numeroſe. Idem πάντα et κατὰ πάλλα. Vox autem πρώην nunc *ſtrictiori* nunc *laxiori* ſenſu uſurpatur. Hinc feſtive Praxinoa, λέγομες δὲ πρώαν πάλλα. *We uſe the word* πρώην *upon all occaſions.* Quod vernile et muliebris

Vid. Hom. Il. B. 303.

muliebris ἀὸλεσχίας est. Syllaba autem prima τῦ πρώαν, quod librariis fraudi fuit, nunc brevis, nunc longa est. Noster. V. 4. 1. Sic in Hom. Il. Π. 500.

Τόν μευ τὰν σύριγγα πρώαν κλεψαῖσα Κομάταν.

Poteris etiam scribere,

——— λέγομες τὰ πρώαν θὴν
Πάντα ———

Sed illud, opinor verius. Ceterum corrigendus hac occasione Nestorius in Epistola apud Evagrium *Eccles. Hist.* I. 7. Ὀάσεως τῆς Ἴβεως ἐκ πολλῶν ΠΡΩΗΝ ἀφανισθείσης, τῦ τῶν Νομάδων πλήθυς ἐπ' αὐτὴν ἀναδραμόντ@. Ubi verba, ἐκ πολλῶν πρώην expedire non potuit doctissimus Valesius. Sed locus manifesto corruptus est, atque ita rescribendus, Ὀάσεως τῆς Ἴβεως ΕΚ ΠΟΛΕΜΙΩΝ πρώην ἀφανισθείσης. *Cum urbs Oasis ab hostibus non ita pridem diruta esset.* Quam emendationem nostram sequentia confirmant. Ceterum notanda illa Praxinoæ, νίτρον κ᾽ φῦκ@. Quæ in muliebri supellectili scilicet, et ad formam commendandam faciebant. de quo Aristophanes in *Thesmophoriazusis secundis* et viri docti ad Polluc. VII. 95. Locus autem ubi *nitrum* venum daretur, Νίτρον dicebatur. Hesych. Τὰκ τῦ νίτρυ. τὰ τῶν μαγείρων ξηρὰ ὀρτύμαλα διὰ τὸ ἐνταῦθα κ᾽ ΤΟ ΝΙΤΡΟΝ πωλεῖσθαι. Ita scribendus iste locus. quod et viderat magnus Salmasius. Sic solebant scilicet Græci. de quo Cl. Taylorus *in Lysiacis* et doctissimus Piersonus ad *Mœrin.* Atque hinc intelligendus Strato in Epigrammate, cujus mentem minus perspectam habuerunt viri eruditi.

ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ.

Εἶδον ἐγώ τινα παῖδα ἐπανθοπλοκῦσα κορύμβες
Ἀγλιπαρερχόμεν@ τὰ σεφανοπλόκια.
Οὐδ᾽ ἄτρωτα παρῆλθον, ἐπισχὰς δ᾽ ἤσυχος αὐτῷ
Φημί, πόσε πωλεῖς τὸν σὸν ἐμοὶ σέφανον;
ω Μᾶλλον τὴν καλύκων ἐρυθραίνεῖο, κ᾽ καλακύψως
Φησὶ, μακραὶν χώρει, μή σε πατηρ ἐσίδῃ.
Ὠνῦμαι προφάσει σεφάνυς, κ᾽ οἰκάδ᾽ ἀπελθὼν
Ἐξεφάνωσα θεὺς Κεῖνον ἐπευξάμεν@.

Ubi

Ubi τὰ στεφανοπλόκια est *forum ubi corollæ vendebantur. the flower-market.* ubi τὰ λάχανα *locus ubi olera venum exponebantur. the herb-market.* Diphilus Comicus apud Athenæum, lib. VI. p. 228.

Συνῆκας ἡμᾶς ΕΙΣ ΤΑ ΛΑΧΑΝΑ τὴν πόλιν.

Quem locum non intellexerunt Interpretes. Atque hinc explicandus insignis locus Lycurgi *cont. Leocrat.* p. 232. Edit Taylor. Φρυνίχου γὰρ ἀποσφαγέντος νύκτωρ παρὰ τὴν κρήνην τὴν ἐν τοῖς Ὀυενίοις ὑπὸ Ἀπολλοδώρου καὶ Θρασυβούλου. Ubi inepte Interpres, *Phrynicho enim noctu jugulato apud fontem in Salicreto ab Apollodoro et Thrasybulo.* Τὰ οἰσύδια est *forum vimineum*, sive *locus ubi vasa vimínea venum exponebantur.* Idem οἰσυΐδιος et οἰσυΐνους, ut ἀσπίδιος et ὀστρεῖνοις. Dicitur autem ἐν τοῖς οἰσυΐδιος, *in foro vimineo. in the basket market.* ut ἐν τοῖς ἰχθύσι, *in foro piscario. in the fish-market.* de quo viri docti ad Aristophanis *Vespas* et Theophrasti *Characteres.* Atque hinc concilianda Plutarchus, qui *in foro* Phrynichum interfectum esse ait. Plutarch. *in Alcibiade.* Ὕστερον μέν τοι τὸν Φρύνιχον ἐκ τῶν περιπόλων Ἕρμωνι ΕΝ ΑΓΟΡΑΙ παρὰ ξυμμορίδιον καὶ διαφθείραντος, οἱ Ἀθηναῖοι δίκης γενομένης, τὸν μὲν Φρύνιχον προδοσίας κατεψηφίσαντο τεθνηκότος, τὸν δὲ Ἕρμωνα καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ τιμῶντες ἐστεφάνωσαν. *Postea tamen Phrynichum quum unus excubiterum Hermon fugiens* IN FORO *percussisset et interemisset, Athenienses causa cognita Phrynichum proditionis mortuum damnavere; Hermonem autem ejusque consortes donaverunt coronis.*

V. 98. ——— Σπέρχιν τὸν ἰάλεμον ᾄσεσθαι.]

Σπέρχις est nomen *ialemi* sive *carminis lugubris*, quod cantitari solebat in honorem *Sperchidos.* de quo nos in Epistola ad Cl. Warton. Sic *Harmodius, Admetus, Telamo.* nomina scoliorum, quæ istorum hominum laudes continebant. de quibus Athenæus et Scholiastes ad Aristophanis *Vespas* et *Acharnenses.* Theopompus comicus apud Athenæum, lib. I. p. 23.

——— μετὰ ταῦτ' ἐπάσομεν

Κατακείμενοι μαλακώτατ' ἐπὶ τριβλινίῳ,

ΤΕΛΑΜΩΝΟΣ οἰμώζοντες ἀλλήλοις μέλη.

Ita scribendus iste locus, quem minus intellexisse videntur Interpretes. Hujus scolii meminit et Aristophanes in Lysist. 1239. ubi consulendus Scholiastes. Ἁρμοδίαν autem *cantilenæ* ut alios taceam, mentionem facit Antiphanes comicus apud Athenæum, lib. XV. p. 695.

+ Conf. Scholiast. in Med. Eur. V. 66. Poll. VI. 7. Alexis. Athen. 227. E.

Ἀρμόδι☉. ἐκαλεῖτο, πᾶσιν ᾠδίσῳ,
Μεγάλην διὸς σωτῆρ☉. ἄκαλον ἤρέ τις,

Primus verſiculus, quod nemo vidit, uno pede claudicat, atque ita ſuſtentandus eſt,

Ἀρμόδι☉. ἐπεκαλεῖτο ———

Suid. Παιανίσαι, τὸν παιᾶνα ΕΠΙΚΑΛΕΙΣΘΑΙ. quod haud abſimile eſt. Cantilenam autem iſtam, A BOTTLE SONG, in Harmodium conſcripſit Calliſtratus, quem ideo *poetam ingenioſum et valde bonum civem* vocat Cl. Louthius in Prælectionibus ſuis; qui et ſcolium integrum vel dedit vel peſſundedit. Sed de hoc plura alibi. Atque hinc explicandus Euripides in *Iphig. Aul.* 1467.

Ὑμεῖς δ' ἐπευφημήσατ', ὦ νεανίδες,
Παιᾶνα τῇ μῇ συμφορᾷ, ΔΙΟΣ ΚΟΡΗΝ
ΑΡΤΕΜΙΝ ———

Ubi per Διὸς κόρην Ἄρτεμιν intelligendus *hymnus*, ſive *pæan* in Dianam, qui ab iſtis verbis inchoabat. Huc reſpexit poeta infra v. 1521.

Ἀλλὰ τὰν διὸς κόραν
Κλήσωμεν Ἄρτεμιν, θεῶν ἄναασσαν.

Ceterum quoniam de Euripidis *Iphigenia* hic ſermo eſt, quam utramque fabulam nuperrime expolivit Cl. Marklandus, operæ pretium fuerit unum atque alterum locum, qui adhuc in mendo cubant, hic ſubjicere, ut meliores et integriores legantur. Eurip. Iphig. Aul. 77.

——— Ἐλθὼν δ' ἐκ Φρυγῶν ὁ τὰς θεὰς
Κρίνας ὅδ' (ὡς ὁ μῦθ☉. Ἀργείων ἔχει)
Λακεδαίμονʼ, ἀνθηρὸς μὲν εἱματῶν ϛολῇ,
Χρύσῳ τε λαμπρὸς, βαρβάρῳ χλιδήματι,
Ἑρῶν ἐρῶσαν ᾤχετ' ἐξαναρπάσας
Ἑλένην πρὸς Ἴδης βύσσαθμ', ἔκδημον λαῶν
Μενέλαον. ὁ δὲ καθ' Ἑλλάδ' οἰσρήσας μόρῳ
Ὅρκως παλαιὸς Τυνδάρεω μαρτύρεται,
Ὡς χρὴ βοηθεῖν τοῖσιν ἠδικημένοις.

Locus elegantiſſimus. Notandum verbum Οἰσρεῖν, quod ἐρωτικὸν eſt. Theocritus VI. 27. de Galatea.

——— ἐκ δὲ θαλάσσας·

ΟΙΣΤΡΕΙ παπταίνουσα ποτ' ἄντρα τὰ κῆ ποτὶ ποίμνας.

Sed locus Euripidis corruptus est. Alii libri, οἰστρήσας μόνῳ. alii, οἰστρήσας μόρῳ. quod et dedit Marklandus. Sed neutra lectio satisfacit. Scribendum proculdubio,

——— ὁ δὲ καθ' Ἑλλάδ' οἰστρήσας ΠΟΘΩΙ.

Ille verò amore et desiderio conjugis percitus Græciam peragrabat. Ælian. Var. Hist. IX. 39. Κυτεφίλει γὰρ τὸν ἀνδριάντα περιβάλλων, εἶτα ἐκμανεὶς καὶ ΟΙΣΤΡΗΘΕΙΣ ΤΠΟ ΤΟΥ ΠΟΘΟΥ, παρελθὼν εἰς τὴν βουλὴν καὶ λιπαρήσας, ἵνα μὴ πλείζων χρημάτων τὸ ἄγαλμα πριάσθαι. Vim verbi egregie expressit Virgil. *Æn.* IV. 68.

Uritur infelix Dido, totâque vagatur
Urbe furens ———

Hoc primum. Euripides *Iphig. Taur.* 456.

Ἀλλ' οἵδε χεῖρας δεσμοῖς εἱρμοῖς
Συνερεισθέντες χωρεῖσι, νέον
Πρόσφαγμα θεᾶς ———

Scribendum, θεᾷ. *a fresh offering to the goddess.* Sic noster supra ver. 243.

ΘΕΑι φίλον πρόσφαγμα καὶ θυτήριον
Ἀρτέμιδι ———

Idem v. 595.

Οὗτος δ', ἐπείπερ πόλις ἀναγκάζει τάδε,
ΘΕΑι γενέσθω θῦμα ———

Nostræ autem emendationi obstare videtur quod legitur infra, v. 774.

Κόμισαί μ' ἐς Ἄργος, ὦ σύναιμε, πρὶν θανεῖν
Ἐκ βαρβάρου γῆς, καὶ μεθάγνισον θεᾶς
Σφαγίων, ἐφ' οἷσι ξενοφόνους τιμὰς ἔχω.

Sed nihil minus. Locus enim inquinatus est, atque ita levi digito restituendus :

——— καὶ μετάγνισον θεᾶς
Σφαγίων ———

Aliud

Aliud est θεὰ, aliud θέα. Græca ita vertenda sunt: *Deduc me ad Argos, frater, priusquam moriar, et amove me* AB ASPECTU *harum victimarum.* Nos Angli, *I can't bear the* SIGHT *of such things.* Nihil verius aut elegantius hac lectione. Atque hæc hactenus.

V. 125. Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω, μαλακώτεροι ὕπνω]

Distinguebam,

Πορφύρεοι δὲ τάπητες, ἄνω μαλακώτεροι ὕπνω.

Quod nondum displicet. Sunt autem quibus per ἄνω intelligendum videtur *Superior pars lecti*, sive *Stratum superius.* Eubulus apud Athenæum, Lib. XII. p. 553.

Οὐκῶν ὑποζορεῖτε μαλακῶς τῷ κυνὶ,
ΚΑΤΩ μὲν ὑποκαλεῖτε τῶν Μιλησίων
Ἐρίων, ΑΝΩΘΕΝ δ' ἐπικαλεῖτε ξυρίδα.

Nostram autem distinctionem, quæ minime vituperanda est, stabilire videtur Clemens Alexand. *Pædag.* II. 9. Χλαίνας τ' ΕΦΤΠΕΡΘΕΝ ἔλας, ἢ τὰς ΤΙΝΟΤ ΜΑΛΑΚΩΤΕΡΑΣ εὐνάς. Ad Theocritum respexisse videtur Clemens.

V. 146. ——— ὡς γλυκύφωνος]

Cod. *Vaticanus*, ὡς γλυκυφωνεῖ. Omnino recte. Quare locus ita legendus et distinguendus est:

——— τὸ χρῆμα σοφώτερον ἀ θήλεια.
Ὀλβία, ὅσσα ΙΣΑΤΙ· πανολβία, ὡς ΓΑΥΚΤΦΩΝΕΙ.

Vides Antitheton, quod elegans in primis et venustum est. Ceterum verbum ἴσανι sive ἴσαντι usurpat Theocritus supra. Usurpat et Epicharmus apud Athenæum, Lib. III. p. 91. cujus Trochaici ita scribendi sunt,

Καρκίνοι θ' ἵκοντ' ἐχῖνοι θ', οἳ παθ' ἁλμύραν ἅλα
Νεῖν μὲν ὑπ ΙΣΑΝΤΙ, πεζᾷ δ' ἐμπορεύονθαι μάνοι.

IDYLL. XVI.

Ver. 30. Ὄφρα κε κεῖν' αἴδαο κεκρυμμένος———]

Scribendum,

Ὄφρα κ' ἐν αἴδαο κεκρυμμένος. ———

Homer Odyss. Λ. 210.

Ὄφρα ΚΑΙ ΕΙΝ ΑΙΔΑΟ φίλας περὶ χεῖρα βαλόντες
Ἀμφοτέρω μενέχαρμε τεληχεμέεσθον γόοιο.

Ad Homerum ſæpius reſpexit Theocritus.

Vet. 34. Πολλοὶ ἐν Ἀντιόχοιο δόμοις τὴ αὐτῆΘ· Ἀλέυαι
Ἀρμαλιὴν ἤμυσταν ἐμετρήσαντο πενίσαι]

Hunc locum non intellexit Interpres, qui ita vertit, *Cibum menſtruum diſtribuebant miniſtri.* Aliud eſt μίσγειν, aliud μετρεῖσθαι. Heſiod. *Oper.* 349.

Εὖ μὲν ΜΕΤΡΕΙΣΘΑΙ παρὰ γαίτηΘ, εὖ δ' ἀποδοῦναι.

Μέτρημα λαμβάνειν vocat Polybius apud Suid. v. Ἐφ' ᾧ. Quare locus Theocriti ita vertendus eſt: *Multi Peneſtæ in Antiochi domo et regis Aleuæ devenſum ſuum,* ſive, *Menſtruum cibum accipiebant.* De Theſſalorum *Peneſtis* Schol. ad Ariſtoph. *Veſp.* 1263. Spidas, Harpocratio, Etymologus, Photius in Lex. MS. alii multi. Confer et doctiſſimum Valckenar. ad Ammonium, p. 192. Adpoſite noſter Scholiaſtes: Θεόπομπός φησι τὰς δυλίσσας τῶν ἐλευθέρων, ΠΕΝΕΣΤΑΣ καλεῖσθαι παρὰ Θετταλοῖς, ὡς παρὰ Λακεδαιμονίοις Εἵλωτας. Locus Theopompi, ad quem reſpexit Scholiaſtes, extat apud Athenæum, Lib. VI. p. 265. quem hic integrum adſcribam: Χῖοι πρῶτοι τῶν Ἑλλήνων μετὰ Θετταλοὺς καὶ Λακεδαιμονίους ἐχρήσαντο δούλοις τοῖς μὲν τοὺς κτησίου αὐτῶν ὁ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκείνοις. Λακεδαιμόνιοι μὲν γὰρ καὶ Θετταλοὶ Θεόπομπος φησὶ κατασκευασάμενοι τὴν δουλείαν ἐκ τῶν Ἑλλήνων, τῶν οἰκείων πρότερον τὴν χώραν, ἣν ἐκεῖνοι νῦν ἔχουσιν, οἱ μὲν Ἀχαιοὶ, Θετταλοὶ δὲ Περραιβοὺς καὶ Μαγνήτας. καὶ προσηγόρευσαν τοὺς καταδυλωθέντας, οἱ μὲν Εἵλωτας, οἱ δὲ Πενέστας. Χῖοι δὲ βαρβάρους κτησάμενοι τοὺς οἰκέτας, καὶ τιμὴν αὐτῶν καταβάλλοντες. ὁ μὲν οὖν ΘεόπομποΘ ταῦτ' ἱστόρησεν. Qui locus inſignis eſt. Ceterum vocem Πενέστης uſurpat etiam Theopompus, Comicus apud Athenæum, Lib. VI. p. 264. cujus verba ſunt: Θετταλῶν δὲ λεγόντων Πενέστας τοὺς μὴ γόνῳ ἐλευθέρους, διὰ πάλαιον δ' ἠλευθέρους, ΘεόπομποΘ ὁ Κωμικὸς ἀποχρησάμενοΘ τῇ φωνῇ φησί.

——— Δεσπότα πενέστα ῥυσσὰ βουλευτήρια.

Ita diſponendus videtur iſte locus, quem minus perſpectum habuerunt eruditiſſimi Interpretes. Ῥυσσὰ βουλευτήρια ſunt *corrugata conciliabula,* ſive *ſeniorum concilia.* Nam βουλεύειν non *juvenum,* ſed *ſeniorum* eſt. hinc eleganter poeta,

——— ῥυσσὰ

——— ἐυσσά βαλευτήρια.

Atque hac occaſione corrigendus Timocreon apud Hephæſt. περὶ μέτρων, p. 2.

Ὦ συμβουλεύειν, χὲρς ἄπο, νῦς δὲ πάρα.

Ita ſcribendus iſte verſiculus, qui valde exercitos habuit viros eruditos. Dicitur autem χὲρς, ut ἄρς, μάχαρς, et ſi quæ alia ejuſdem farinæ vocabula. Quare Timocreontis verſiculus ita demum vertendus eſt: *Qui mentem ad deliberandum habet, vires ad pugnandum non habet.* Quod de *ſeniore* aliquo intelligendum videtur. Sed hæc obiter.

V. 102. ——— τοῖς πᾶσι μέλοι Σικελὴν Ἀρέθοισαν
Ὑμνεῖν σὺν λαοῖσι, κὴ αἰχμητὰν Ἱέρωνα.]

Hæc male interpuncta ſunt. Diſtingue,

——— Σικελὴν Ἀρέθοισαν
Ὑμνεῖν, σὺν λαοῖσι κὴ αἰχμητὰν Ἱέρωνα.

Et bellicoſum Hieronem cum populo ſuo. Noſter ſupra,

Ἤδη βαιάζωσι Συρακόσιοι μέσα δῦρα,
Ἐν δ' αὐτοῖς Ἱέρων ———

IDYLL. XVII.

Ver. 43. Ἀεὶργε δὲ γυναικὸς ἐπ' ἀλλοτρίῳ νόος αἰεί,
Ῥηΐδιαι δὲ γοναὶ ———

Nihil muta. Mulier quæ nec filios, nec virum ſuum amat, alienum ſemper expetit, et nunc in *hoc*, nunc in illo peccat ſcilicet. de locutione ipſa confer nos ad Suid. v. Λαπτειν. Quod ſequitur,

Ῥηΐδιαι δὲ γοναὶ ———

Ita vertendum eſt: *Liberi autem facile ſuppetunt, ſed liberi patrem ſuum non referentes.* Qui veriſſimus ſenſus. Huc non nihil facit Homerus. *Il.* Ω. 538.

Ἀλλ' ἐπὶ κὴ τῷ θῆκε θεὸς κακὸν, ὅτλι οἱ ἔτι
ΠΑΙΔΩΝ ἐν μεγάροισι ΓΟΝΗ γένεται κρειόντων.

Ver. 70. Ἴσον κὴ Ῥήναιαν ἄναξ ἐφίλασεν Ἀπόλλων]

Libri nonnulli, Ὅσσον κὴ Ῥήναιαν. Recte. *Tantum colas montem Triopis, quantum Apollo Rhenæam.* Ceterum corrigendæ hic *Gloſſæ Laurent.* Ῥήνα,

νῆσ⊙. μικρὰ πόλλων δόλι. Scribe, Ῥηναία, νῆσ⊙. μικρὰ ἐ πόρῳ Δήλι. sive potius, πλησίον Δήλι. Suidas: Ῥήναια, νῆσ⊙. πλησίον Δήλι. Steph. Byzant. Ῥήνη, νῆσ⊙. μικρὰ πλησίον Δήλι. Dicebatur autem Ῥήνη, Ῥήναια et Ῥήνεια. de quo Cl. Dorvill. *Miscell.* Observat. VII. p. 108.

V. 94. ——— πολλοὶ δὲ οἱ ἀστιβέουσι
Χαλκῇ μαρμαίρονθ', συσσωρεύοντες ———]

Hæc frustra sollicitarunt vir eruditi. Hesych. ΣΕΣΑΧΘΑΙ, ἐστυφλῶσθαι, καλοπλίζεσθαι. ΣΑΓΗ γὰρ ἡ καθόπλισις. Quæ verba notanda.

V. 120. ——— τὰ δὲ μέρεα τῆνα
Ὄσσα μέγαν Πριάμοιο πόλιν πλεάτισσιν ἐλόντες,
Ἀέρι πᾶ κέκρυπται ———]

Scribendum,

Ἀέρι ΠΑΝΤΑ κέκρυπται ———

Quod et vidit Reiskius. Callimachus in Epigrammate.

Καὶ γὰρ ἐγὼ τὰ μὲν ὅσσα καρήατι τῆμ⊙. ἰδοῦσα,
Ἄπνοα ΠΑΝΤ' ἐγένοντο ———

Quod haud dissimile est.

IDYLL. XVIII.

Ver. 29. Πιερίη μεγάλη. ἅτ' ἀνέδραμεν ὄγμ⊙. ἀρούρᾳ]

Libri MSS. Κόσμ⊙. ἀρούρᾳ. Recte. Quin et Edit. Florentina, μεγάλαι. Locus ita constituendus videtur,

Πιερίᾳ μεγάλᾳ τ' ἅτ' ἀνέδραμε ΚΟΣΜΟΣ ἀρούρᾳ
Ἢ κάπῳ κυπαρισσ⊙. ———
Ὣδε κ᾽ ἀ ῥοδόχρως Ἑλένα Λακεδαίμονι ΚΟΣΜΟΣ.

Ut agro Cypressus, sic Lacedæmoni Helena decori et ornamento est. Recte πιερίᾳ μεγάλᾳ τ' ἀρούρᾳ. Quæ ad Lacedæmona referenda sunt. Respexit autem poeta ad Homer. Il. Σ. 541.

——— Πίερην ἄρμηναν
Εὐρεῖαν ———

Nihil verius hac emendatione. Notandum autem verbum Ἀνέδραμε. quod Homereum et significantissimum est. Homer. Il. Σ. 56.

——— ὁ δ' ΑΝΕΔΡΑΜΕΝ ἴρνεϊ ἴσ⊙.

Hinc

Hinc Ἀναδρομή, Hesych. Ἀναδρομαὶ, αὐξήσεις, βλαςήσεις. Εὐριπίδης Ἱκέτισιν. Ὑψιπύλῃ. Vocem Ἀναδρομαὶ frustra quærunt viri doctissimi in Euripidis *Supplicibus*, ubi nulla est. Extabat autem, ni fallor, in Euripidis *Hypsipyla*. quæ fabula cum multis aliis hodie desideratur. Quare delendum illud Ἱκέτισιν, et legendum, Εὐριπίδης Ὑψιπύλῃ. Quæ vox est alterius emendatio.

V. 41. Πολλὰ τεῦ ὦ Ἐλένα μεμναμένα ———]

Libri Vaticani,

Πολλὰ ΤΕΟΤΣ Ἐλένα ———

Recte. Confer nos ad XI. 25.

IDYLL. XX.

Ver. 1. Εὐνίκα μ' ἐγέλαξε ———]

Nihil muta. Vox νίκη semper primam producit. Hinc Εὐνῖκη, Βερνῖκη, ceteraque ejusdem notæ vocabula. Noster XIII. 45.

Εὐνῖκα κ' Μιλὶς, ἦρ θ' ὁρόωσα Νύχια.

Hesiod. *Theog.* 247.

Πασιθέη τ' Ἐρατώ τε κ' Εὐνείκη ῥοδόπηχυς.

Scribe, Εὐνίκη. Ceterum hoc poematium Theocrito falso attribui videtur. de quo nos supra ad VII. 19.

V. 26. ——— ἐκ ςομάτων δὲ

Ἔρρεέ μοι φωνὰ γλυκερώτερα ἢ μελικήρω]

Libri veteres, ἢ μέλι κήρω. Recte. Moschus in Epitaphio Bionis. 33.

Μάλων ἐκ ΕΡΡΕΤΣΕ καλὸν γλάγος, ὐ ΜΕΔΙ σίμβλων.

Κάτθανεν ἐν ΚΗΡΩι λυπεύμενον ———

Ad Theocritum proculdubio respexit Moschus. Atque hæc scripseram, et vere quidem scripseram. Non deerunt autem fortasse, qui μελίκηρον idem esse putent ac κηρόμελι. de quo Schol. ad V. 127. cum quibus non contendam. Atque hinc Μελικῆρες sive Μελικηρίδες, quarum meminit Pherecrates in *Automolis* apud Athenæum, lib. XIV. p. 648.

Ὥσπερ τῶν αἰγιδίων ὄζειν

Ἐκ τῦ ςόμαΤος ΜΕΛΙΚΗΡΑΣ.

Ita scribendus iste locus, quem non intellexerunt Interpretes. Τῶν αἰγιδίων ὄζειν est *hircum olere*. de quo viri docti ad Horatium. Atque hinc restituendus

endus elegantiſſimus locus Ciceronis, et quem minime perſpectum habuerunt eruditiſſimi editores. Eſt autem in *Dialog. de Orator.* II. 61. *Quid hoc Nævio ignavius? ſevere Scipio. At in male olentem, Video me a te non conveniri ſed circumveniri, ſubridicule Philippus: At utrumque genus continet verbi ad literam immutati ſimilitudo.* Philippi jocus nec ridiculus nec ſubridiculus eſt. Libri ſcripti exhibent, *Video me a te circumveniri.* Noli dubitare quin Cicero ſcripſerit, *Video me a te non circum, ſed* HIRCUMVENIRI. Qui ſubridiculus jocus in hominem male olentem, ex unius literæ immutatione captatus. Nihil verius aut facetius. Haud aliter luſit Ariſtophanes in *Acharn.* 850.

Οὐδ' ὁ περιπόνηρος Ἀρχέμων.
Ὁ ταχὺς ἄγαν τὴν μυσικὴν,
Ὄζων κακὸν τῶν μασχαλῶν
Πατρὸς ΤΡΑΓΑΣΑΙΟΥ.

V. 31. Καὶ πᾶσαί με φιλεῦντι, τὰ δ' ἀχυκά μ' οὐκ ἐφίλασεν.]

Hæc multum torquent viri eruditi, ſed nihil proficiunt. Emendatio autem in proclivi eſt. Repone,

Καὶ πᾶσαί με φιλεῦντ', ἃ δ' ἀχυκὰ ὔ μ' ἐφίλασεν.

ἃ δ' ἀχυκὰ, *hæc ex urbe puella.* Nihil verius hac emendatione.

IDYLL. XXI.

Ver 15. Οὐδὲις δ' ἐ χύτραν εἶχ' ἐ Κύνα ———]

Nihil muto. Ariſtoph. *Veſp.* 897.

Πῦ δ' ἔσθ' ὁ διώκων ὁ Κυδαθηναιεὺς ΚΥΩΝ;
Κ. Αὖ, αὖ. Β. Πάρεσιν ἕτερος ἕτερος αὖ Λάβης
Ἀγαθὸς γ' ὑλακτεῖν κ' διαλείχειν ΤΑΣ ΧΥΤΡΑΣ.

Ita ſcribendus iſte locus, qui vulgò in metrum peccat. Eſt autem διαλείχειν τὰς χύτρας, *ollas* ſive *patinas lingere. to lick the diſhes.* quod *canum* eſt. Quare recte, opinor, Theocritus, ἐ χύτραν ἐ κύνα. *Neither dog nor diſh.* Quæ veriſſima et feſtiviſſima lectio.

V. 18. Θλιβομέναν καλύβαν ———]

Quid ſit Θλιβομένη καλύβη neſcierunt Interpretes. Eſt autem *caſa anguſta.* Sic πόλις θλιβομένη *urbs anguſta.* de quo Pollux IX. 23. Πυγμαὶ καλύβης vocat

vocat Thucydides et Arrianus. Quod perinde eſt. Locus autem Arriani, qui per opportunus eſt, hic adſcribi meretur. Eſt autem in *Expedit. Alexand.* VI. 23. Οὗτος ἐπανελθὼν ἀπήγγειλεν ΑΛΙΕΑΣ τινὰς καταλαβεῖν ἀπὸ (ſor, ἐπὶ) τῆ αἰγιαλῆ ΕΝ ΚΑΛΥΒΑΙΣ ΠΗΓΗΡΑΙΣ,

Ver. 40. Οὐκ ἦν μὰν πολύσιτος ἐπεὶ δειπνεῦλες ἐν ὥρᾳ
Εἰ μέμνη, τᾶς γαςρὸς ἐφειδόμεθ' ———]

Hunc locum perperam ſollicitavit Pierſonus. Δειπνεῖν ἐν ὥρᾳ eſt *tempeſtive cœnare.* Nos Angli, *to ſup in ſeaſon.* Polybius XVI. 21. Ὁ δὲ Φιλοποίμην ΕΝ ΩΡΑι παραγγείλας ΔΕΙΠΝΟΠΟΙΕΙΣΘΑΙ τοῖς Ἀχαιοῖς, ἐξῆγε τὴν δύναμιν ἐκ τῆς Τεγέας. Quæ verba notanda. Ceterum huc egregie facit Artemidorus *Oneirocrit.* I. 8. Μηδὲν διαφέρειν νομίζοντας εἰς πρόγνωσιν τὴν νύκτα τῆς ἡμέρας, μήτε τὴν δείλην ἑσπέραν τῆς δείλης πρωΐας, ἐὰν ΣΥΜΜΕΤΡΩΣ ΕΧΩΝ ΤΗΣ ΤΡΟΦΗΣ καθεύδῃ τις, ἐπεὶ ΑΙ ΓΕ ΑΜΕΤΡΟΙ ΤΡΟΦΑΙ ὕβρεὶ πρὸς αὐτῇ τῇ ἕξι παρέχουσιν ἰδεῖν τὸ ἀληθές.

IDYLL. XXII.

Ver. 9. Ἄσρα βιαζόμεναι ———]

Ineptit hic interpres. Ἄσρα βιάζεσθαι eſt *navigare invitis aſtris.* Quod et recte vidit S. Amandus. Vidit et cl. Hoelzlinus ad Apollonium Rhodium. De eo nos pluribus, deo volente, ad Longinum.

V. 44. Ἔνθα δ' ἀνὴρ ὑπέροπλος ἐνήμενος ἐνδιάασκε]

Alii ἐνήμενος, alii ἐνημμένος. Gloſſæ *Laurentianæ* à cl. Wartono publicatæ: Ἐνημμένος, ἐνδεδυμένος, ὡπλισμένος. ἀπὸ τῆ ἐνάπτομαι. Καὶ ἀριθφ. διφθέραν ἐνημμένος. Quæ corrupta nonnihil ſunt. Emendabat cl. Salvinus, ἢ ἀγροίκην διφθέραν. Sed legendum ſine controverſia, ἢ Ἀριςοφάνης, διφθέραν ἐνημμένος. Ita locutus eſt Comicus in *Nub.* 72.

Ὥσπερ ὁ πατήρ σε ΔΙΦΘΕΡΑΝ ΕΝΗΜΜΕΝΟΣ.

Idem in *Eccleſ.* 80.

Τὴν τῆ πανόπλῳ ΔΙΦΘΕΡΑΝ ΕΝΗΜΜΕΝΟΣ.

Ad locum alterutrum reſpexit Gloſſator.

V. 85. Ἀλλ' ἰδρίη μέγαν ἄνδρα παρήλυθες ———]

Homer. *Iliad.* Π. 358.

Αἴας δ' ὁ ΜΕΓΑΣ αἰὲν ἐφ' Ἕκτορι χαλκοκορυςῇ
Ἴετ' ἀκοντίσσαι· ὁ δὲ ΙΔΡΕΙΗι πολέμοιο

Ἀσπίδι ταυρείῃ κεκαλυμμένος εὐρέας ὤμους,
Σκέπτετ' ὀϊζῶν τε ῥοῖζον καὶ δοῦπον ἀκόντων.

In quem locum oculos intendiſſe videtur Theocritus. Ceterum, dum hoc agimus, emendandus Gloſſator. *Laurent.* Ἰδρίῃ. ἐμπειρίᾳ καὶ τύχῃ. Corrigebat cl. Salvinus, καὶ ψυχῇ. Sed vera lectio eſt, ἐμπειρίᾳ καὶ τέχνῃ. Verba τύχη et τέχνη non raro confunduntur.

IDYLL. XXIII.

Ver. 7. Οὐδέ τι τῶν πυρσῶν παραμύθιον ———]

Quæ ad hunc locum nuperrime ſcripſerunt viri doctiſſimi, longe ineptiſſima ſunt et ἀπροσδιόνυσα. Recte Interpres, *Neque ullum flammæ ſolatium.* οἱ πυρσοὶ, ſunt *amoris ignes.* Τὴν φλόγα τῆς Κυθερείας vocat infra Theocritus. Optime *Gloſſæ Laurent.* Πυρσῶν, ἐρώτων.

Hinc πυρσοὶ ἄρσενες apud Stratonem in Epigrammate; quod, quia nondum editum eſt, hic, pace noſtrorum Monachorum, luce publica donabo.

ΑΔΗΛΟΝ

Οὔ μοι θῆλυς ἔρως ἐγκάρδιος, ἀλλά με ΠΥΡΣΟΙ
Ἄρσενες ἀσβέστῳ θῆκαν ἐπ' ἀνθρακιῇ.
Πλειότερον τόδε θάλπος. ὅσον δυνατώτερος ἄρσην
Θηλυτέρης, τόσσῳ χ' ὠ πόθος ὀξύτερος.

Huc facit etiam Paulus Silentiarius in Epigrammate apud cl. Reiſkium in *Miſtell. Lipſienſ.* Vol. IX. p. 690. quod hic adponere libet, ut emendatius legatur, nam quod vulgo legitur mendoſiſſimum eſt.

ΠΑΥΛΟΥ

Ὄμμα πολυπλοίητον ὑποκλέψασα τεκούσης
Συζυγίην μήλων δῶκεν ἐμοὶ ῥοδέων
Θηλυτέρη χαρίεσσα. μάγον τινὰ ΠΥΡΣΟΝ ΕΡΩΤΩΝ
Λαθριδίως μήλοις μίξεν ἐρευθομένοις.
Εἰμὶ γὰρ ὁ τλήμων φλογὶ σύμπλοκος. ἀντὶ δὲ μαζῶν,
Ὤ πόποι, ἀπρήκτοις μῆλα φέρω παλάμαις.

Ita ſcribendum iſtud Epigramma ex Cod. MS. Reſpexit autem Paulus ad Muſæum de Leandro, v. 90.

——— αἴξετο ΠΥΡΣΟΣ ΕΡΩΤΩΝ.

V. 12.

V. 12. ——— εἶχεν ἀνάγκαν]

Hæc de *puero* accipienda ſunt, qui ita ira atque odio diſcruciabatur, ut ſui compos non eſſet. Quicquid autem ægre patimur et effugere non poſſumus, ἀνάγκην vocant Græci. Diodor. Sic. III. 13. Πάντες δὲ πληγαῖς ἀναγκάζονται προσκαρτερεῖν τοῖς ἔργοις, μέχρις ἂν κακωχέμενοι τελευτήσωσιν ΕΝ ΤΑΙΣ ΑΝΑΓΚΑΙΣ. ad quem locum conſulendus cl. Weſſelingius. Hinc κακαὶ ἀνάγκαι. Theocrito XVI. 85.

Ἐχθρὲς ἐκ νάσοιο κακαὶ πέμψειαν ἀνάγαι.

Quem locum fruſtra ſollicitarunt viri eruditi. Ceterum ad Theocritum noſtrum reſpexit, ut ſolet, Nonnus *Dionyſ.* XXV. p. 882.

——— σὺ δ' ὕσατος ὑψόθι γαίης
Αἰθέρι κὴ νεφέλῃσι μετάρσιον ΕΙΧΕΣ ΑΝΑΓΚΗΝ.

IDYLL. XXIV.

Ver. 60. Ξηρὸν ὑπαὶ δείης ———]

Nihil muta. Eſt phraſis Homerea. Ita enim locutus eſt Homerus *Il.* K. 376.

Χλωρὸς ΥΠΑΙ ΔΕΙΟΤΣ ———

Quod perinde eſt. Confer cl. Kuſter. ad Ariſtoph. Theſmoph. 853.

IDYLL. XXV.

Ver. 9. Ἀλλ' αἱ μέν ῥα νάοντος ἐπ' ὄχθαις ἀμφ' Ἐλισσῦντος]

MSS. *Vat.* et *Benedict.*

Ἀλλ' αἱ μέν ῥα νέμονται ———

Quod egregium et cl. Editori non prætermiſſum. Deinde recte, ἀμφ' Ἐλισσῦντος. *ex utraque parte Eliſuntis. on each ſide of the river.* Interpretes minus intellexerunt. De fluvio autem *Eliſunte* ſive *Eliſſonte* conſulendus doctiſſimus Hemſterhuſius ad Ariſtophanis Plutum.

V. 82. ——— ἐδήρισεν περὶ τιμῆς.]

Vitium in metri eſt. nam verbum ἐδήρισεν penultimam habet brevem. Quare ſcribendum, ἐδήριζεν, ſive potius, ἐδήρισσεν. Noſter ſupra XXII. 70.

——— ἐφ' ᾧ ΔΗΡΙΣΣΟΜΕΘ' ἄμφω.

Homer. *Odyſ.* Θ. 76.

Ὡς ποτε ΔΗΡΙΣΣΑΝΤΟ ———

V. 103.

V. 103. ——— παραιγαδὸν ἐγγὺς ἀμέλγων]

Lego, παραιγάδος ἐγγὺς. *prope januam.* Hesych. Φλιᾶς, τῆς θύρας ΠΑΡΑΣΤΑΔΟΣ. Confer cl. Valckenar. ad Eurip. *Phœniss.* p. 154. ubi de hac voce agit.

V. 105. Ἄλλος δ' αὖ φίλα τέκνα φίλας ὑπὸ μητέρας ἴει
Πινέμεναι λιάροιο, πέπληντο δὲ πάγχυ, γάλακτος.]

Hunc locum alii aliter interpungunt. Lego et distinguo ad fidem optimorum MSS.

Ἄλλος δ' αὖ φίλα τέκνα φίλας ὑπὸ μητέρας ἴει
Πινέμεναι λιάροιο ΜΕΜΑΟΤΑ πάγχυ γάλακτος.

Quæ simplicissima et elegantissima lectio. Homer. *Il.* Σ. 156.

——— ποδῶν λάζε φαίδιμος Ἕκτωρ
Ἑλκέμεναι ΜΕΜΑΩΣ ———

Deinde legitur,

——— ἄλλος τρέφε πίονα τυρόν.

quæ perperam sollicitarunt viri eruditi. Verbum τρέφειν in *caseo conficiendo* est usitatissimum. Homer. *Il.* Ε. 902.

Ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπειγόμενος συνέπηξεν
Ὑγρὸν ἐὸν, μάλα δ' ὦκα ΠΕΡΙΤΡΕΦΕΤΑΙ πυκάοντι.

Ubi recte Schol. Περιτρέφεται, περιπήγνυται. ὅθεν καὶ ἡ ΤΡΟΦΑΛΙΣ. Ita scribendus iste locus. Confer Suid. v. Τρίφεσθαι. et viros doctos ad Moerin v. Τροφαλίς.

V. 160. Ἀυγείαι φίλος υἱὸς, ἔθεν μετόπισθεν ἰόντα]

Scribendum,

——— ἔθεν μετόπισθεν ΙΟΝΤΑ.

Recte Interpres, *post se incedentem.* Idem autem Ἀυγείαι et Ἀυγείαο. Etymolog. MS. Reg. v. Πληϊάδεω, a cl. Ruhnkenio laudatus ad Callimachum p. 578. Τὰ ἀπὸ τῶν εἰς ης εὐθειῶν ἰναῶν, οἱ ποιηταὶ ὐ προσφέρονται εἰς ῦ, ἀλλὰ ἢ διὰ τῦ ει̃ω Ἰωνικῶς ὡς Πληϊάδεω, ἢ διὰ τῦ αο̃ Δωρικῶς ὡς Ὀρίωαο. Ἐκ γὰρ Ὀρίωαο τίσις ἕπεται Ἀτρείδαο. Multa hic peccata esse video. Primum legendum, ΤΑΣ ἀπὸ τῶν εἰς ης εὐθειῶν ΓΕΝΙΚΑΣ οἱ ποιηταὶ ὐ ΠΡΟΦΕΡΟΥΣΙΝ εἰς ῦ. Confer Etymol. Magn. v. Ἀσίω, ubi hæc totidem verbis leguntur. Versus autem

autem hexameter depromptus est ex Homer. *Odyss.* A. 40. atque ita scribendus est:

Ἐκ γαὲρ Ὀρέσαο τίσις ΕΣΣΕΤΑΙ Ἀτρεϊδαο.

IDYLL. XXVII.

V. 42. ——— ἀλλ' ὃ σέθεν εἰμὶ χερείων.]

Respexit poeta ad Homer. *Il.* A. 114.

——— Καὶ γὰρ ῥα Κλυταιμνήσῃης προβέβουλα
Κυριδίης ἀλόχῳ· ΕΠΕΙ ΟΥ ΕΘΕΝ ΕΣΤΙ ΧΕΡΕΙΩΝ.

Sic solet Theocritus. Ceterum huc facit Apollonius Dyscolus in *Excerptis.* p. 425. Ἡ ἔθεν ὀρθοτονεῖται μὲν ὡς ἐπὶ τῦ·

——— ἀπὸ ἔθεν ἦκε χάμαζε.

ἐγκλίνεται δὲ ὡς ἐπὶ τῦ·

——— ἐπεὶ ὃ ἔθεν ἐςι χερείων.

Confer Hesych. v. Ἔθεν et Etymol. v. Ἀπὸ ἔθεν. qui cum Apollonio faciunt. Ceterum prius hemistichium ab Apollonio laudatum exstat apud Homer. *Il.* M. 205. ubi ita legitur,

——— ὁ δ' ἀπὸ ἕθεν ἦκε χαμᾶζε.

Ver. 54. Φεῦ, φεῦ, κὴ τὰν μίτραν ἀπέσχισας ———]

Legendum monuimus, ἀπέσχασας. cujus conjecturæ nondum pœnitet. Vulgatam autem lectionem, ne quid dissimulem, tueri quodammodo videtur Etymologus v. Ἀφαίρω. Καὶ φάρος, ΤΟ ΑΠΟΣΧΙΣΜΑ ΤΗΣ ΕΣΘΗΤΟΣ. Quod notandum. Virgil. *Æneid.* V. 685.

——— *humeris abscindere vestem.*

Vox autem μίτρα nunc de *fascia papillari*, nunc de *zona virginali* usurpatur. in quo postremo sensu hic accipienda est. Quod ex contextu liquet. Interdum etiam utrique usui inserviebat. de quo Achillis Tatius in *Amor.* I. p. 9. Ἡ συνάγουσα ζώνη τὰς μαζὰς κὴ τὸν χιτῶνα ἔκλειεν. ad quem locum consulendus Salmasius. Ceterum vindicandus hic obiter insignis locus Callimachi Epigram. XL.

——— τήν τε μίτρην
ἣ μαζὰς ἐφίλησε.

Quem locum male ſollicitarunt eruditiſſimi Interpretes. ἡ μίτρη ἢ μαζὺς ἐφίλησε eſt *mitra* φιλόμαζος. Non potuit elegantius poeta. Haud aliter Phanias in Epigrammate, Σινδόνα φιλόθειρον. *a ſhaving-cloth.* Sed haſce elegantias non cujuſvis eſt adſequi.

V. 62. Ἄρτεμι μὴ νεμέσα. σὴ ἐρημιὰς ἐκέτι πιςή]

Hæc eſt lectio *Florentinæ*, quam et ſecutus eſt Henricus Stephanus. Zacharias Calliergus, σὺ δ' ἔγημας. Utraque lectio manifeſto vitioſa eſt. Equidem aut fallor aut latet hic *puellæ* nomen. Legendum proculdubio,

Ἄρτεμι μὴ νεμέσα· σοὶ ΝΗΙΑΣ ἐκέτι πιςή.

Ne ſuccenſeas Diana: tibi Neias non amplius fidelis eſt.

Neis ſive *Neias* eſt nomen puellæ, quam amavit Daphnis. Quod ex *Florentina* conſtat. in qua perſonarum nomina Δάφνις et Νηὶς. Idem autem Ναὶς et Νηὶς, Ναϊὰς et Νηϊάς. Auctor anonymus in Epigram. Anthol. Lib. VII. p. 628.

Ἡμεῖς δ' ἐν κόλποις ἤμεθα ΝΗΙΑΔΟΣ.

Huc egregie facit Theocritus VIII. 93.

Κἀκ τούτω ΔΑΦΝΙΣ παρὰ ποιμέσι πρᾶτος ἔγητο,
Καὶ νύμφαν, ἄκρηβος ἐὼν ἔτι, ΝΑΙΔΑ γαμῆαι.

Ceterum ad Theocritum noſtrum reſpexit Nonnus *Dionyſ.* Lib. IV. p. 122.

Σώζεο παρθενίη, νυμφεύσομαι ἠΰτε Κάδμῳ·
Ἄρτεμι μὴ νεμέσα ———

V. 63. Ῥέξω πόρτιν Ἔρωτι, κὴ αὐτᾷ βῶν Ἀφροδίτᾳ.]

Scribendum,

——— Καὶ ΑΤΤΑΝ βῶν Ἀφροδίτᾳ.

Amori vitulum, et *Veneri vaccam.* Matri matrem ipſam ſcilicet. *The cow to one, and the calf to the other.* Nihil verius. Homer. *Odyſſ.* K. 410.

——— ἄγραυλοι πόρτιες παρὶ βῦς ἀγελαίας.

Ita ſcribendus iſte locus. Confer nos in *Addend.* XXI. 26. Recte autem Schol. Πόρτιες, νέαι βόες, μόσχοι. Noſtram verò emendationem unice firmat Theocritus VIII. 80.

Τᾷ βοὶ δ' ἀ μόσχω, τῷ βωκόλῳ αἱ ΒΟΕΣ ΑΤΤΑΙ.

IDYLL. XXIX.

Ver. 1. Οὗτος ὃ φίλος τῶν λέγεται ἡ ἀλάθεα] Notanda vox ἀλάθεα. quæ *Dorico-Ionica* est. Dicitur autem Ἀληθίη ut Εὐμαρίη, Εὐνομίη, Εὐτελίη, et ſi quæ alia τέτε τῦ κόμματος. de quibus viri doctiſſimi ad Herodotum et Corinthum. Ceterum hujus proverbii meminit Plutarchus *in Artoxerxe*. Καὶ ὁ Σπαραμίζης ἐπιμελιδιάσας, φθόνος μὲν ὑδεὶς, ὦ Μιθριδάτα, εἶπεν· ἐπεὶ δέ φασιν Ἕλληνες ΟΙΝΟΝ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙΑΝ εἶναι, τί λαμπρὸν ὧν τὰν ἢ μέγα, πῖλον εὑρεῖν ἔπτε παροιῤῥόντα, ἡ τῦτον ἀνενεγκεῖν; ταῦτα δὲ ἐκ ἀγνοῶν τὸ ἀληθὲς ἔλεγεν, ἀλλὰ βελόμενος ἐκκαλύψαι πρὸς τὲς παρόντας, ὑπεκίνει τὴν κυφότητα τῦ ἀνθρώπε, λάλε ἡ ἀκρατὲς γεγονότος διὰ τὸν οἶνον. Item Eunapius in Eclogis, p. 14. ed. Hoeſchel. Συμπουσίε δὲ προτεθέντος αὐτοῖς παρὰ τῦ βασιλέως ἀδροτέρε ἡ πολυτελεςέρε, τὴν παροιμίαν ἀποδείξαντες ἀληθῆ τὴν λέγεσαν· ΟΙΝΟΣ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙΑ, τῦ Διονύσε ἡ τότε ῥήξανος αὐτοῖς παρὰ πότον τὴν ἐπικρυπτομένην ςάσιν, διαλύεται μὲν τὸ συμπόσιον ἀνάκτως, ἡ διὰ θυρῶν ἐχώρεν τεθορυβημένοι ἡ παρακεκινηκότες. Atque hinc emendandus Cornutus *de Nat. Deor.* cap. 30. Καθὸ δοκῖ ἡ τὸ, ΟΙΝΟΣ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙΑ, ἀληθῶς εἰρῆσθαι. *Hinc vere dici videtur,* IN VINO VERITAS Ita ſcribendus iſte locus ex Cod. MS. Eſt et aliud proverbium iſti cognatum Ἐν βυθῷ ἡ ἀλήθεια. *In puteo veritas.* de quo viri docti ad Ciceronem et Laertium. Quin et tertium addo: Φίλη ἡ ἀλήθεια. *Amica veritas.* Athenæus, Lib. V. p. 211. Ἀλλὰ, ΦΙΛΗ, φασὶν, Η ΑΛΗΘΕΙΑ, ἐκθήσομαι τὰ περὶ τὸν ἄνδρα ὡς ἐγένετο. Hinc Latini,

Amicus Socrates, ſed magis amica Veritas.

Atque hinc obiter, quoniam in hoc ſtadio ſumus, explicandus locus D. Joannis XVIII. 38. Εἶπεν ἐν αὐτῷ ὁ Πίλατος· Οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησῦς· Σὺ λέγεις ὅτι βασιλεύς εἰμι ἐγώ. ἐγὼ εἰς τῦτο γεγέννημαι, ἡ εἰς τῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον, ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ. Πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας ἀκύει μᾶ τῆς φωνῆς. Λέγει αὐτῷ ὁ Πίλατος· ΤΙ ΕΣΤΙΝ ΑΛΗΘΕΙΑ; Nimirum Jeſus nonnihil locutus fuerat de *veritate.* Hinc ſubacriter interrogavit Pilatus, Τί ἐςὶν ἀλήθεια; *Quid quæſo eſt iſta veritas, de qua loqueris? Tu de veritate crepas, qui pro rege te venditas, et nullus es?* Ita intelligendus iſte locus, qui in vexatiſſimis eſt. Haud aliter Philemo, Comicus, apud Stobæum.

Σὺ γὰρ, ΤΙ ΕΣΤΙΝ, εἰπέ μοι, ΠΑΡΡΗΣΙΑ;
Σὺ λαλεῖς ἐν ἀνθρώποισιν, ὡς ἄνθρωπ[illegible] ἄν;

Sermo eſt domini ad ſervum, ſive hominem infrugi, qui *de libertate* verba fecerat. *Tu, quaeſo, de libertate hiſcere audes, homo ſervus, et purum purum mancipium?* Ita ſcribendus et interpretandus iſte locus. Quod et recte vidit eruditiſſimus Bentleius.

EPIGRAM. III.

Ver. 6. Φεῦγε, μεθεὶς ὕπνε κῶμα καταγρόμενον]

Vox καταγρόμενον nauci non eſt. Legendum ſine dubio,

Φεῦγε μεθεὶς ὕπνε κῶμα ΚΑΤΑΡΧΟΜΕΝΟΝ.

Philodemus in Epigram. Anthol. Lib. VII. p. 610.

Ψαλμὸς, καὶ λαλιὴ, καὶ κωτίλον ἄμμα, καὶ ᾠδὴ
Ξανθίππης, καὶ πῦρ ἄρτι ΚΑΤΑΡΧΟΜΕΝΟΝ.

Huc facit Ælian. *Var. Hiſt.* II. 35. Ἤδη με ὁ ὕπν[illegible] ΑΡΧΕΤΑΙ-παραπεπτωκέναι τῷ ἀδελφῷ.

EPIGRAM. IV.

Ver. 5. Σακὸς δ' εὖ ἱερὸς περιδέρομεν ———

Scribe, εὐίερ[illegible]. Vox illa ſæpius occurrit in Hymnis Orphicis. Philippus in Epigrammate.

Δαίμον ἐπ' ΕΥΙΕΡΟΥΣ βῆθι θυηπολίας.

Vox autem σηκὸς, quæ nunc de *ſacris*, nunc de *profanis* dicitur, neutiquam ſollicitanda eſt. Confer. Schol. ad Eurip. *Phœniſſ.* 1017. et doctiſſimum Valckenaer. ad Ammonium. Plutarchus de *Iſid.* et *Oſir.* p. 45. Ed. Squire. Αἵ τε τῶν ναῶν διαθέσεις, αἱ μὲν ἀνεῳγμένων εἰς πλατὺ καὶ δρόμους ὑπαιθρίους καὶ καθαροὺς, αἱ δὲ κρυπτὰς καὶ σκότια κατὰ γῆς ἐχούσας κολυμβήρια ΘΗΒΑΙΟΙΣ ὁμοίους ΣΗΚΟΙΣ. Ita ſcribendus iſte locus, quem male ſollicitarunt viri eruditiſſimi. Βοιωτῶν μέγαρα vocat infra Plutarchus, p. 161. cujus verba, quia nonnihil depravata ſunt, hic adſcribam, ut emendem. Καὶ Βοιωτοὶ τὰ τῆς Ἀχαιᾶς μέγαρα καλοῦσιν, Ἑπαχθῆ τὴν ἑορτὴν ἐκείνην ὀνομάζοντες, εἰς διὰ τὴν τῆς κόρης καθοδον ἐν ἄχει τῆς Δήμητρος οὔσης. Quæ ad hunc locum bene multa commentatus eſt doctiſſimus editor, non ſunt unius aſſis. Reſcribendum omnino,

Καὶ Βοιωτοὶ τὰ τῆς Ἀχαιΐας μέγαρα ΟΙΚΟΥΣΙΝ. Hesych. Μέγαρα, τὰς καταγείους ΟΙΚΗΣΕΙΣ. Idem mendum apud Porphyrium *de Abstin.* IV. p. 155. Καὶ ζῆν μὲν ἐπὶ πλείονα ἔτη καταλήφοτες, μετὰ δὲ τὸν βίον ἰσχὺν ἔχειν μαντικὴν καὶ εἶναι λογικώτατον ἀπολυθέντα τοῦ σώματος καὶ προγνωσικώταῖον, τελεῖν τε ἀγάλματα καὶ ναοὺς κινεῖν. Hæc de *accipitre* intelligenda sunt, qui *simulachra animare* et *templa movere* dicitur. Sed vera lectio est, καὶ ναοὺς ΟΙΚΕΙΝ. Quod vel semisomnus viderit. Eodem quoque morbo laborabat Æschines Socraticus Dialog. III. 19. Μετὰ τὴν τοῦ σώματος λύσιν τὴν ψυχὴν εἰς τὸν ἄδηλον χωρεῖν τόπον κατὰ τὴν ὑπόγειον κίνησιν. Ubi recte Joannes Clericus, κατὰ τὴν ὑπόγειον ΟΙΚΗΣΙΝ. Quod indubitate verum. Atque hæc obiter. Corrigendus autem, dum hoc agimus, illustris locus Evagrii *Eccles. Hist.* II. 3. Ἔισω δὲ τοῦ θόλου πρὸς τὰ ἐῷα ὑπερκύψῃς ἐςι ΣΗΚΟΣ, ἔνθα τὰ πανάγια τῆς μάρτυρος ἀπόκειται λείψανα ἔν τινι σορῷ τῶν ἐπιμήκων, μάκραν ἔνιοι καλοῦσι. Vox μάκραν manifesto vitiosa est. Emendant alii ἄρκαν, alii μάνδραν. Ego verò nullus dubito, quin Evagrius scripserit, ΜΑΚΤΡΑΝ ἔνιοι καλοῦσι. *Mactram vocant nonnulli.* Idem mendum apud Artemidorum, p. 262. Quod et recte observavit cl. Reiskius. Est autem *mactra* vas oblongum variis usibus inserviens. de quo consulendi lexicographi. Schol. ad Aristoph. *Plut.* 545. Μάκτρα, κατὰ τὺς παλαιὺς, θυσία ΕΠΙΜΗΚΗΣ. Quæ verba notanda. Σόρον ΤΩΝ ΕΠΙΜΗΚΩΝ vocat supra Evagrius.

INDEX

RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM NEC NON SCRIPTORUM QUI IN HOC OPUSCULO EMENDANTUR.

Ælianus apud Suid. explic. p. 1
—— emend. 11
Æliano fragmentum reſtitut. 25
Αἴγελος, Αἴγιλα et Αἰγιλία *populus Atticæ* 5
Æſchines Socraticus em. 15, 45
Alcæus em. 5
Ἀμυκλαῖον παιδίον 18
Ἀναφροδιτῖ 35
Ἀναιρῆσθαι τὸ ἆθλον 1
Ἄνθρα 13
Antipater in Epigram. em. 3
Antiphanes, Comicus, em. 8, 14, 29
Ἀπίη παντάπασιν. *ex rotten as a pear* 15
Apollonius Dyſcolus em. 19, 20
Ἀποφέρεσθαι τὸ ἆθλον. *præmium auferre* 1
Ἀφροδίσιον. *templum Veneris* 4
Ἀρτεμίσιον. *templum Dianæ* 4
Archilochus em. 8
Arrianus em. 37
Ariſtophanes in *Pac.* vind. 24
———— in *Veſp.* em. 35
Artemidorus em. 45
Ἀς vox *Dorum* Theocrito reſtituta 2, 26
Aſius Samius apud Athenæum em. 14
Ἀσπὰ βιάζεσθαι 37
Athenæus emend. 6, 9, 14
Ἀτειχὶς vox *Dorum* 9
Bentleius (Ricardus) laud. 44
ΒΟΤΚΟΛΙΣΚΟΣ ſive *Idyl.* XX. Theocrito abjudicandum 13
Callimachus emend. 17
———— vind. 41
Ciceronis inſignis locus em. 35
Corinna em. 20
Cornutus em. 43
Cratinus apud Athen. em. 24
Κα, vocula *Dorica*, ſemper longa eſt 1
Κάκτος. vox *Siculorum* 17
Κάμμιν. vox *Dorum*. Confer Suid. in v. 19
Καταδέσασθαι. verbum magicum 6
Κατάδεσμος. *nodus magicus* 6
Κελέβη Ἀλυβικὴ. *a Silver cup.* 6
Κερόμαλα 35
Κίβισις. *vox Cypria* 3
Κράνων. *caper* 9
Κνισοπώλαξ 14
Κνισοτύρους ἰδοναῖς. *ſaffron cakes* 10
Κόπις et Κοπίδιον. (confer Artemidor. I. 74. ubi legend. Κόπιδι δὲ ἢ σπαθίδες ἢ πυραμὶς ἀγαθαὶ πᾶσι) 10
Κορώνη et Κορωνάδες 2
Dinon in *Perſicis* em. 6
Diotimus in Epigram. em. 4
Diphilus, Comicus, explic. 28
Ἔλκειν. *dilacerare* quod *canum* eſt. Niceph. Gregor. *Orat. funeb.* in Theodor. Metochitam. Αἱ πᾶσαι τῶν συμφορῶν ἀλγηδόνες ἀθρόαι δραμοῦσαι, ἢ τὴν ἐμὴν μετὰ τῆς μητρὸς Καρδίαν συνεπλήρωσαι, Καθάπερ τινες ΚΥΝΕΣ ἄγριοι σῶμα πτηνικὸν, ἔνθεν κἀκεῖθεν πικρῶς ΠΕΡΙΕΛΚΟΥΣΙ 5
Epicharmus em. 2, 19, 31
Ἐπιχρῶν. verbum prætextatum 16
Erneſtus (Joan. Ang.) Not. 17, 22
Ἔρχεται ἐξαπίνης. quomodo locutus eſt Nicomachus in Epigram. p. 78. Ed. Reiſk. et ante eum Homerus *Il* E. 90. 17

Etymo-

INDEX.

Etymologus MS. em. 40
Evagrius em. 27, 45
Εὔκνιφος 26
Euphorion *in* Πανηγυρικῷ emend. et explic. 6
Euripides in *Iphig. Aul.* explic. 29
——— in *Iphig. Aul.* em. 30
——— in *Iphig. Taur.* em. 31
Euripidis *Hippolytus* καταχαλυπτόμενος (Notum illud Psalmographi, *Shame hath* COVERED *my face.* Quod de *Hippolyto* non minus verum. Hinc dramatis titulus) 7
Gloſſæ *Laurent.* em. 35, 37, 38
HARMODIUS: *a bottle ſong* 29
Harpocratio em. 8
Heinſius (Daniel) laud. 16
Hemſterhuſius (Tiber.) laud. 39
Heſiodus em. 35
Heſychius em. 3, 21, 27, 35
HIRCUMVENIRI 35
Homerus emend. 42
Huetius (Pet. Dan.) laud. 15
D. JOANNES explic. 43
LOUTHIUS (Robertus) Not. 26, 29
Lucianus explic. 16
Luna χρυσοσάνδαλος 7
Ανσσῶν *luporum famelicorum* 11
Lycurgus cont. Leocrat. em. 28
Μάκελα 45
Memnon apud Phot. em. 20
Μεμρεῖσθαι 32
Μῆχος νόσου 8
Μίτρη φιλόμαστος 42
Νιῶας, nomen puellæ 42
Νίτρον καὶ ὄξος 27
Νυμφαῖον ἄντρον 4
Ὄξυλος 10
Ὠαρίων. *Orion.* 20
Ὤνου τιμῆς 3
Paulus Silentiarius in Epigram. em. 38
Παιδίσκαν ποιεῖν. *to get with child* 8
Πενίσαι. *Theſſalorum* 32
Photius emend. 3
Pherecrates apud Suid. explicatus. (Confer Schol. ad Ariſtoph. *Eccleſ.* 355. ubi legitur, ἀρπαζίτιν.) 15
Pherecrates apud Athenæum explic. 35
Phrynichus em. 20
——— *in foro vimineo* trucidatur 28
Plutarchus em. 2, 44, 45
——— explic. 28
Πολυγήρως. vox rarior. 14
Porphyrius vindic. 9
——— emend. 45
POTTERUS (Joan.) laud. 26
Προλαλεῖν 25
Πρώην. (vide cl. Gataker. ad M. Antonin. X. 7) 26
Πυρσὸς ἱρώτων 38
Reiſkius (Joan. Jacob.) Not. 22, 25
Ῥυσὰ βυλευτήρια 32
Salmaſius laud. 27
Σαμβάλα 4
Seneca emend. 12
Σηκὸς ἰυΐερος 44
Σινδὼν φιλίθιερος. *a ſhaving cloth* 42
Sopater φλυακογράφος explic. 10
Sophocles *in* Ἀχαιῶν συλλόγῳ emend. 25
Sophron. em. 19
Strabonis inſignis locus em. 4
Strato in Epigram. em. 10, 21
——— explic. 25, 27
Suidas emend. 21, 25
Τὰ Ὀισυΐα. *the baſket market* 28
Τὰ Στεφανοπλόκια. *the flower-market* 28
Τεῦς, vox *Dorum*, Theocrito reſtituta 12
Τεῦς, vox *Dorum*, Theocrito reſtituta 19, 35
Theocritus *in* Βυκόλοις laudatus 9
Theophraſtus explic. 8
Theopompus, Comicus, em. 28
Timocreon Rhodius em. 33
Τὸ ἐπίλαικον μέρος 11
Ὑάλινον παῖδα. *vitreum puerum* 20
Ὑποκόλπιος 26
Ὑσγίς. tum *virorum*, tum *fœminarum* 8

FINIS.

MVSEVM BRITANNICVM

INDEX